

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Joachim Stockmann

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Med.  
D. & Profess. Ad Exequias Quas Puellae Elegantissimae Annae Dorotheae  
Sibrandes/ Parentes moestißimi hodie ... paratas cupiunt Omnes Universitatis  
Cives officiose ac amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761466>

Druck    Freier  Zugang



**S**tockman, J.,  
in  
**A. D. S i b r a n d.**

Rostock, 1644.

35





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774761466/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761466/phys_0003)

**DFG**



110


PROGRAMMA,  
Quo  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
**JOACHIMUS**  
**STOCKMAN,**  
Med. D. & Profess.  
*Ad Exequias*  
*Quas*  
*PUELLÆ ELEGANTISSIMÆ*  
**ANNÆ DORO-**  
**THEÆ Sibrandæ/**

*Parentes mestissimi hodie circâ horam primam in  
Templo Mariano solenniter paratas  
cupiunt*

Omnis Universitatis Cives officiosè  
ac amanter invitati.



ROSTOCHII,  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. XLIV.





**P**lura humana re-  
periuntur pecto-  
ra adeò sanitatis  
prudentiæq; ege-  
na, ut mortem  
summopere for-  
mident, vitæ ve-  
rò longitudinem, improbis votis  
Deum fatigantes, ardenter expe-  
tant. Cum mors nihil sit aliud quam  
auspicium veri boni: portus salutis:  
quietis ara: sublevamen ab infortu-  
nijs; vita autem longa omnibus ini-  
quæ fortunæ telis continuò suc-  
cumbat, ut nullus majorem lugen-  
di causam nanciscatur, quam qui ad  
summā senectutem pervenerit; Me-

H 2 lius

lius reverè sapiunt illæ mentes, quæ  
non temporum decursibus vitam  
metiuntur, quæq; summæ felicitatis  
loco positos eos esse censem, qui ex  
hac vitâ prius abeunt antequam  
eius acerbitatem delibaverint, qui  
priùs mortalitatis legem absolvunt,  
antequam ejus angustias ac calamiti-  
tates experti fuerint, qui priùs bea-  
titatis portum attingunt, antequam  
tot pericula, tot naufragia in hoc  
turbulentissimo mundi pelago subi-  
jerint. In tam prospera sorte sito-  
rum numero jure merito statuimus  
suavissimam ac elegantissimam puel-  
lam ANNAM DOROTHEAM  
**SIBRANDES.** Quam Urbs hæc  
Rostochium blando complexu  
Anno reparatæ salutis M.DC.XLII.die  
xvii. Martij exceptit, in hujus lumi-  
nis

nis aurās mortales, ex Honestissimis  
ac famigerati nominis parentibus  
prodeuntem. Patre nimirum Dn.  
**ERNESTO SIBRANDO**, Cive hu-  
jus Urbis primario. Matre **ANNA**  
**ARNOLDES** fœminâ lectissimâ,  
ac omnibus virtutibus quæ mulie-  
brem sexum exornant conspicuâ.  
Avo paterno Dn. **ERNESTO SI-**  
**BRANDO** Reipub. hujus Senatore  
gravissimo, qui non omnis mortuus  
est. Nam virtutis ejus recordatio de-  
cusq; nominis, Libitinæ manus nun-  
quam sentire potest. Aviâ paternâ  
**ANNA HAVEMANS**, Matrona-  
rum flore nobilissimo. Avo mater-  
nô Dn. **JOHANNE ARNOLDT**,  
Cive hujus Urbis celeberrimo. Aviâ  
Maternâ **ELISABETHA WAR-**  
**NEKENS**, muliere laudatissimâ,

H 3

Hæc

Hæc fuit sors progenitorum jucundissimæ puellæ , tesseram militiæ Christianæ sumentis. Quam si Deus Ter Opt. maximus diutius rebus humanis interesse voluisset , simulata tam præstantes ac honestos progenitores inferiori sexui summo ornamento fuisset , ac laudabili conatu similitudinem majorum suorum conservasset. Nam qui honesto loco nati sunt , illi semper in promptu habent exemplū auctoris sui , & dignitatis suæ rationes ineunt commodius. Et , hic est character mentis supra vulgarem nascendi conditio nem elevatæ. Hoc vinculum ac nexus mutuus inter Exemplares parentum virtutes & liberorum sequacem in dolem. Verum antequam dulci supereventu usuram  
expe-

expectationis parentibus eximeret, antē tres  
menses destillatione primum vehementissi-  
mā laborare cœpit, tandem continua febri  
subsequente virēsq; prorsus tenelli corpus-  
culi prosterrente 26. Februarij circa medium  
sextam vespertinā, mortalitatem nimis tem-  
pestivē, bienniō nempe elabente abdicavit.  
Quanquam blandissima animula ejus soluta  
imbecilliore sui parte de omni languore, de  
calamitatibus, de invidiâ, de fortuna, ante ex-  
perimentum ipsum, deq; morte adeò ipsā tri-  
umphat; cœlo citissimè recepta sempiterno  
ævo perfruitur; dum nos miseri mortales in-  
ter humani generis propudia, in turbarum  
labyrintho in miseriarum cœno volutari ad-  
huc cogimur, donec cū illâ & cum ipsā im-  
mensâ æternitate conjungamur. Hæc accu-  
ratius perpendentes mœstissimi parentes,  
habenas injicite dolori vestro pietatis licet  
gloriam promerito, neque celerem ex hac vi-  
tâ abitum Filiolæ deplorate. Nam melior est  
sors ejus, felicior beatissimæ animulæ quam  
omnium nostrum conditio, quæ nunc indi-  
gnam judicat vel suo intuitu terrâ, in sancto  
rum mentium collegium allecta, sempiter  
nam domū, liberumq; Cœlum adepta. Nihil  
nobis

nobis relinquens præter concretum & mortale corpusculum. Quod cum hodiernâ luce circâ horam primam tumulo in Templo Mariano paratô componi debeat, præstolaturū ibi illam diem decretoriam, in quâ jura fatorum vivis ac mortuis datus est æternus DEI Filius. Vos omnes Universitatis Cives officiè ac amanter invito, ut illud frequentes comitemini, vestraq; præsentia ægritudinem parentum ex obitu filiolæ mellitissimæ contratā leniatis, quam aliâ ratione corrigere non potestis. Excitat Vos ad hoc supremum humanitatis officium Parentum ac Majorum piè defunctæ puellæ eximius erga literatos favor. Exstimulabit pietas memor similis vicissitudinis. Obligabit deniq; proprij Magistratus voluntas, quam quod non flocci æstimaveritis, decenti ac honesto cætu vestro patefacietis. P.P Rostochij sub sigillo Universitatis die primo Martij.

A.D. 1644

*Convenient Universitatis Cives horâ  
mediâ primâ in templo Mariano*

• (O) •












expectationis parentibus ex  
menses destillatione primu  
mâ laborare cœpit, tandem  
subsequentे viresq; prorsus  
culi prosterrente 26. Februa  
sextam vespertinā, mortalit  
pestivè, bienniō nempe elat.  
Quanquam blandissima ani  
imbecilliore sui parte de om  
calamitatibus, de invidiâ, de  
perimentum ipsum, deq; mo  
umphat; cœlo citissimè rece  
ævo perfruitur; dum nos mi  
ter humani generis propudi  
labyrintho in miseriarum co  
huc cogimus, donec cum illa  
mensa æternitate conjungan  
ratius perpendentes mœst  
habenas injicite dolori vest  
gloriam promerito, neque cœ  
tâ abitum Filiolæ deplorate.  
sors ejus, felicior beatissimæ  
omnium nostrum conditio,  
gnam judicat vel suo intuitu  
rum mentium collegium al  
nam domū, liberumq; Cœlu



the scale towards document

ntè tres  
entissi  
a febri  
orpus-  
ediam  
is tem-  
icavit.  
soluta  
re, de  
ite ex-  
osâ tri-  
iterno  
les in-  
arum.  
ari ad-  
osâ im-  
accu-  
entes,  
s licet  
hac vi-  
iore est  
quam  
indis-  
sancto  
npiter  
Nihil  
nobis